

**www.e-rara.ch**

**Caspari Bauhini Basileensis De hermaphroditorum monstrosorumque  
partuum natura ex theologorum, iureconsultorum, medicorum,  
philosophorum, et rabbinorum sententia**

**Bauhin, Caspar**

**Oppenheimii, 1614**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137160>

[Liber II, Caput I - VII]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



# LIBER SECUNDUS.

## CAPUT I.

### *De Animalibus brutis hermaphroditis.*

**H**ermaphroditorum humani sexus historiâ ad finem perductâ, cum hæc sexus mistio etiam in omni animantium genere aliquando reperiat, ( siquidem & Plinius <sup>4</sup> in animalibus brutis hoc ipsum notârit, mentione facta quatuor jumentorû hermaphroditorum, in Trevirensi dicecesi natorum, Neronis Cæsaris rhedam trahentium ) nunc de brutis hermaphroditis, tanquam de ijs, quæ medium quiddam inter utrumq; sexum existunt ( quæ à natura creata, ut in omni natura rerum omnium & extremorum per media apta sit colligantia ) acturi sumus. At non inquiremus, quomodo animalia quædam pro actionum diversitate afficiantur & moribus immutentur: Sed quomodo quædam sexum utrumq; à prima generatione, vel habeant, vel immutent: Illud enim Aristoteles <sup>6</sup> his verbis expressit: Sed ut quæq; animalia pro suis affectibus agere, sic pro suis quoq; actionibus affi-

ci & moribus imutari solent. Partes etiã corporis nonnullæ sæpenumero ratione agendi imutantur, ut in aviũ genere evenit. Gallinæ n. cũ mares vicerint, cucuriũt, & exẽplo mariũ tentant superventu coire: crista etiã caudaq; erigitur, ita ut facilẽ nõ sit, an fœminæ sint, cognoscere: nonnunq̃ etiam calcaria parva iis enascũtur. Jã verò mares nonnulli etiã visi sunt, qui cũ fortẽ fœmina interiisset, ipsi officio matris fungerentur, pullos ducẽdo, fovẽdo, educãdo, ita ut de cætero, vel cucurire, vel coire appeterẽt. Quin etiã inde à primo ortu naturæ, ita nonnulli mares effæminati pveniũt, ut neq; cucuriãt, neq; per coitũ agere velint. Et venerẽ eorũ, qui tentent sup venire, patiantur: hæc Philosophus. Quæ omnia & singula Corneli<sup>9</sup> Gemã, in vim & facultatẽ spiritũ referre videtur: inquit: quapropter cũ vix apparet pportio materiæ motæ ad locũ ipsum, aut formã instrumẽtorũ: ut si per sumas angustias quicquã solidius trãferatur, vel contra naturã gravis corporis sursum, aut levis deorsum aliqua concitentur, de spiritus energia ac p̃dominio nõ ineptẽ ratiocinamur. Ut & illa quæ de fœtuũ transmutatione per phantasiã fiunt, quæq; in gallinis apparent, ubi marẽ semel excusserint, aut pugnando vicerint, sinistri omissi cucurritu primum gallos imitari, mox & gallinis reliquis audeant insilire, donec & notæ in formam corporis inolefiant, cũ cauda, crista rigidior fiat, mare devicto, omnia vice versa: quibus addere liceret alia infinita

infinita. Sed ad ré, initio factó ab ipsa Hyæna.

<sup>a</sup> lib. II. c. 49. & ex eo Liebault: lib. 3. morb. mulieb. c. 13.

<sup>b</sup> 9 histor. an. 49. c. cosmocrít. lib. I. c. 7.

## CAPUT II.

### De Hyæna.

**E**T si animalium historiã tradere nobis propositum non sit, attamen cum de Hyæna duplici natura, nobis sit dicendũ: hujus animalis perpetuò ferì, tanquã animalis pegrini, nec adhuc nostris tẽporib<sup>9</sup> satis cogniti, historiã ex diversis, tam veterũ, quã recentiorũ discrepantib<sup>9</sup> scriptis, contexere lubet; siquidem ea utilitate nõ careat, & lectorẽ plurimũ oblectari possit. Maximẽ cum Marcellus Virgilius <sup>b</sup> dubitet, animal ne hoc portentosum magis, an fabulosum sit: & Bodinus <sup>c</sup>, nihil aliud quã Lycanthropõ esse asserat, de quo in sua Dæmonomania <sup>d</sup> egit: Ipse verò Bellonius <sup>e</sup> Cyvetam vulgò dictam, Hyænam esse probare conetur. Sed veteres audiamus, qui quadrupesne, an piscis sit, dubii fuẽre: quemadmodum recentiorum nonnulli, serpentem esse volunt: siquidẽ Aristoteli <sup>f</sup> quadrupedis: Athenæo <sup>g</sup> ex Epicharmi; Nunæii & Dyonyssii sententia, piscis nomen est: at Herapollini Æliano, ut Brodæus <sup>h</sup> & Gesnerus <sup>i</sup> (minùs rectè) volunt, serpens est. Sic & quadrupedis & piscis, Hesychio, Varino, Phile in Jambis, Æliano <sup>k</sup> & Plinio <sup>l</sup>. Sic Oppiano <sup>m</sup> & Hyæna terrestris, de qua agens, in initio cum ea lupos jungit, utpote ex quorum commixtione cum canibus id animal nasci volunt:

eidem <sup>n</sup> est & Hyæna marina. Sed de quadrupede in præsens.

Hyæna animal quadrupes, Græcis *ὑαινὴ θλάνον*, ut Aristoteli <sup>o</sup>: Phrygibus & Bithynis secundum Hesychium *γάνθη*: Arabibus, Zabō & Alzabō Rhasi <sup>p</sup> (in quibusdam exemplaribus Albozao legitur) vbi Taraxaconem interpretantur. Adabaci Auicennæ, Gesnero: at Scaligero <sup>q</sup> auctore, Dabuh Arabibus, Jeseff Afris: Albertus, Jonam pro Hyæna aliquando scribit: & Julius Capitolinus <sup>r</sup>, Belbos fuisse vocatos ostendit, dum sub Gratiano Romæ Belbos, id est, Hyænas decem fuisse testatur. Porphyrius <sup>s</sup> à Plinio non nihil dissentiens, *ἡ δ' ἰνδικὴ ὑαινὰ, ἐὴν κροκότην οἱ ἄπὸ χῶριον καλεῖσι*, sed malè, ut intra demonstrabimus. Turcæ Zirtlan, Busbequio <sup>t</sup> auctore, vocant.

Animal certè alieni orbis esse credendum est, quod Africa mittit Solino <sup>u</sup> monente: & Plinio <sup>v</sup> plurimæ in Africa gignuntur: sic apud Maxyes, Herodoto <sup>w</sup> scribente, qui se à Trojanis oriundos dicunt, feris sylvisq; frequens, & Hyæna & Hystrices & Arietes agrestes, & Dictyes, & Thoys, id est, ex Hyæna & lupo geniti, & Pantheræ, &c. In Arabia genus quoddam esse Aristoteles <sup>x</sup> asserit: unde fortè colligas, genus simplex non esse. Satis frequentes quoq; in Turcia propè Ancyran, Busbequius refert, suoq; tempore duos Constantinopoli fuisse affirmat.

Hyæna, ut lupo non dissimilis, ita nec omnino simi-

no similis est, etenim corpore est non minore  
 quàm lupus Aristoteli <sup>bb</sup> & Hieronymo <sup>cc</sup>  
 (quare lupis, Hyænam & Thoen Montanus  
<sup>dd</sup> adnumerat) vel ut Albertus <sup>ee</sup>, animal est  
 quantitatis ut lupus, cui in multis similis est, ut  
 ex Oppiano, qui inter utrumq; animal com-  
 parationem instituit, colligere est. Sed lupo  
 astutior, malefica, vorax atq; crudelis, Gesne-  
 ro <sup>ff</sup>: colore <sup>gg</sup> lupi prope est, sed hirsutior, &  
 juba per totum dorsum porrecta: juba <sup>hh</sup> qua  
 equus, sed seta duriore longioreq; (hinc no-  
 men tulit, quod dorsum ei tanquam setis suil-  
 lis, <sup>us</sup> enim suem significat; rigeat) circumqua-  
 que ait Oppianus; per totum dorsum Aristo-  
 teles <sup>hh</sup> hirsutum est: pilos <sup>ii</sup> acutos & den-  
 sos habens.

Collum & juba continuitate spinæ porrigi-  
 tur, flectiq; nisi circumacta totius corporis ne-  
 quit. Plinius <sup>kk</sup>, qui citra vertebrarum distin-  
 ctionem cum dorſi spinâ continuatur, & non  
 in nodos & articulos diuisa est, ut in cæteris a-  
 nimalibus: spina siquidem rigente, collum  
 continua unitate flecti nequit, Solinus: cum  
 collum <sup>ii</sup> ex singulis rectisq; ossibus rigeat, cæ-  
 tera spinæ adnectitur. Dorsum oblongum est  
 & angustum & cauda similiter (longa, graci-  
 lisq;, sed hirsuta) & medium eius dorsum in-  
 curvescit, Oppianus <sup>ll</sup>: in cuius cauda vene-  
 num colligi Sorach apud Albertum scribit. In  
 summa corpus ejus terribile est, quod utrinq;  
 frequentes teniæ cærulei coloris (nigræ lineæ,

vel fuscae vittæ) distinguunt Oppiano, quam ob causam *σιελήσιν υαίνην* vocat.

Oculi hujus subinde in mille <sup>m m</sup> colores transeunt (Plinius mille varietates <sup>n n</sup>) varietas n. oculis multiplex inest, colorumq; mutatio, Solinus: colorem <sup>o o</sup> siquidē cum voluerit variat, etiā Alberto attestante: interdiu nihil ferē videt, sed noctu, inquit. Aphrodisæus <sup>pp</sup>, rationē hanc reddens de fele, hyæna & vespertilione, quæ acutē omnia per noctē conspiciunt, q. spiritū visoriū & tenuissimū & dilucidiss. habeant: ita ut per noctē hic modicē in crassescēs, idoneus ad rerum conspectum reddatur: per diem luce præclara supra modum extenuatus, expandatur & evanescat: & ut Oppian<sup>o</sup>: noctu acrius videt (idcirco *νυκλιπτόρον καὶ νυκλιπλανήν* vocat) interdiu hallucinatur. Quare bestia est nocturna, quæ cadaverib<sup>9</sup> cunctisq; immun- dis vescitur, ut habet Glossa in Jeremiam Prophetā & Chrysof. <sup>99</sup> vesperi idcirco & noctu grassantur: ob id Luporum vespertinorū (ratione temporis) seu desertorum (ratione loci) nomine apud Prophetas <sup>99</sup> poni suspicamur: siquidem constet Hyænam lupo similimam, quæ noctu tantūm vegetur, & quæ in Arabia frequens est: certē textus apud Sophoniam c. 3. v. 3. secundum LXX. habet *ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας*, ut Lupi Arabiæ: in Hebræo legitur *לְוֵי עֶרְבָא* Seefe æraf: quæ vox æraf, non solum vespertinum, sed etiā Arabiam significat: Scio Ariam Montanū ita reddere, Judices ejus lupi-  
vespe-

vesperæ: apud Jeremiam vero c. 5. v. 6. illud  
 פורץ בנזי Soefarofot, lupū desertorū, at Tre-  
 mellius, lupum vespertinum, ubi LXX. legunt  
 καὶ λύκα ἕως ἰῶν οἰκιῶν. Forte apud Isaiam c. 35.  
 v. 9. vox פורץ Paritz (quæ alias significat effra-  
 ctorem, effractarium, violentum: unde ad la-  
 tronem quoq; transfertur Ezech. cap. 18. v. 10.)  
 quoq; Hyænam denotat: nam ibi violentiæ  
 feræ tribuitur: ubi Rabini, Aprum, porcum  
 sylvestrē explicant. Sic haud dubiè inter Græ-  
 cos patres fuère qui vocem Paritz, Hyænam  
 explicarunt, ut apud Clementem Alexandri-  
 num, Chrysostomum, & alios.

Ab ipsa Hyæna sepulchra, corporum in qui-  
 sitione, erui tradūt, Plinio & Solino referente:  
 eaq; effodit humanæ carnis avida (quod nullū  
 aliud animantiū facit, Erasmo teste) hominiq;  
 insidias, ut Aristoteles admonet, molitur; qua-  
 re Busbequi<sup>9</sup>: illa sepulchra effodit, extrahitq;  
 cadavera, portatq; ad suam speluncam, juxta  
 quam videre est ingentem cumulum ossium  
 humanorum, veterinariorum & reliquorum  
 omne genus animalium: imò in mortuorū se-  
 pulchris semper habitare, Vincent. in suo spe-  
 culo scribit. Huic assimilatur improborū im-  
 pudentia & immanitas, qui ne quidem defun-  
 ctis & eorum famæ parcunt: hinc Emblemata a-  
 pud Camerarium: Jam parce sepulto, sub Hyæ-  
 næ figura, cui hi versus subjecti:

*Atro qui lacerat jam cassum lumine dente,  
 Defuncti tumulum turpis Hyæna fodit.*

Sic apud Latinos quoque pulcherrimum Hieroglyphicum, quod apud Pierium habetur: hi enim hominem laryas incessentem, neque defunctorum manes quiescere permittentem, maledicta & accusationes in mortuum ingerentem, comminiscentemque; notare volentes, Hyænam in sepulchretis monumentum aliquod effodientem faciunt: hicque; larvarum laceffitor dici meretur. Quod detestandum vitium & hi Moschionis versus rectè prohibent.

Κενὸν θανόντ' ἄνδρὸς αἰκίζοιεν οὐκ ἄν.  
Ζῶντας κολάζειν θανόντας εὐσεβές.

Dentes quemadmodum & lupus ferratos habet: eiq; dentium solida ac pèrpetua series, ut Julius Capitolinus Romæ vidit: & Plinius nullis gingivis dente concinno esse asserit: sive ut Erasmus, loco dentium est os continuum utrinque: quod etiam in aliquibus hominibus observatum, quemadmodum in commentariis nostris, in Galeni de ossibus libellum, ostensuri sumus.

Voce, humanum sermonem inter pastorum stabula assimilare tradunt, nomenque; alicujus (auditu assiduo Solinus) addiscere, quem evocatum foràs, liceret, Plinius: vomitionem ejus imitando, Aristoteles: ad sollicitandos canes, quos invadat, Plinius: eos enim capit, Aristor: & Solinus: canes enim qui audierint, accedunt veluti ad hominem, quos illicò comprehensos vorat, Ælianus. Et Baptista  
Bernardus

Bernardus in suo seminario, ex Alberti Magni sententia, fingit voces humanas, & latrat ut canis, ut homines & canes eludat, ut devoret, mortuorum sepulchra aperit, ut recentia corpora mortua comedat. Hinc Baptista Mantuanus, Ravifio citante.

*Callida, & ut perhibent, nostra amula vocis Hyæna.*

Sic apud Verdmüllerum elegans simile, ut obiter & hoc aspergamus, quod quemadmodum Hyæna dum vocem humanam imitatur, ut evocatum laceret: ita quidam obsequio blandiuntur, donec in perniciem trahant. Imò canes venantes, si umbram ejus dum sequuntur contigerint, tunc latrare nequeunt, voce perditâ, Solino & Plinio attestantibus. Sic Ælianus, jam cum Lunæ orbis plenus est, retro posito Lunæ fulgore, suam canibus umbram injicit, quos statim mutos reddit, & tanquam beneficio quodam eorum sensus perstringit, deinde & elingues abducit & optatis fruitur: & alibi; hujus umbra canes obmutescere facit. Vel ut Aristoteles de mirabilibus, ajunt in Arabia Hyænarum genus esse quoddam, quod simul ac feram aliquam viderit, aut super hominis umbram ingredi cæperit, vocem illius aufert & consternationem stuporemq; tantum infert, ut corpus movere nequeant. Idem ajunt & canibus usu venire: hæc Philosophus. Imò quodcunq; animal ter lustraverit, movere se non posse, sed in vestigio hærare traditur, Solinus & Plinius:

*Decanibus hoc tradit Phile in Iambi.*

Ύαινα δὲ τήκασα τὰς κύνας δόλω,  
 Θηραλικῶν τόθ' ἐσιάται σαρκίων.  
 ἔσης γὰρ ἀυγῆς δαψιλῆς ἐν ἐσπέρῳ,  
 Παρήκεν αὐλῶς τὴν σκιάν τῆ σῶμαλ',  
 τὸ καλόπον κρύψασα τῆ δρόμῳ σέλας,  
 καὶ καλασιγάσασα τὰς τρισαθλίας,  
 ὡς Φαρμακίς εὐτεχνῶς ἐξ ἐπασμάτων,  
 ἀνείλε πικρῶς ἀγνοήσας τὸν δόλον;

*Astutia canes Hyana irretiens*

*Mox pascit horum carnibus jejunia*

*Fulgente namq; Cynthiâ sub vesperam.*

*Umbra sui illos corporis ferit, retrò*

*Lumen regens vestigiis callidè,*

*Mutosq; reddens percitos formidine,*

*Instar venefica increpantis carmine,*

*Occidit incautos doli crudeliter.*

Præterea, homini canivè dormienti, corpus  
 suum admovet, ac si seipsam majorem dormi-  
 enti sentit naturaliter sua magnitudine, sensi-  
 bus eum privat, ac ipse manus non resisten-  
 tis exedit & conficit: sin se breviorē ani-  
 madvertit, statim pperat fugere. Quod si in te  
 incurrerit, cave jam à dextra ipsam excipias,  
 quoniam sic obtorpesceres, ut nullo modo te  
 posses tueri. Sin autem ex sinistra eam invase-  
 ris, confidenter aggredere & occides: hæc ha-  
 bentur in Geoponicis Græcis ° ° ° à Zoroastre  
 ex Nestoris panacea citata, quæ etiam Gillius  
 apud Ælianum refert.

Hinc, sub titulo Victus hostis, Ægyptii fa-  
 cerdo;

cerdotes, quando voluerunt intelligi hostem victum esse, eum à dextro latere statuebant: si enim ad dextram conversa cum venatore pugnam inierit, semper potior erit. Nam cum flecti nisi circumacta totius corporis nequeat, spina continuo per collum & dorsum porrecta prægressi hominis vestigia occupare conatur: (vel ut habet Plinius *PPP*, cum fugiant venantem, declinare ad dextram, ut prægressi hominis vestigia occupent) quod si successerit (quasi magica quadam vi, quæ in ejus dextra tantum corporis parte pollet) alienari mente circumactum hominem, & si equo infideat, decidere atq; ita omninò victum interfici. At si, addit Plinius, in lævam detorserit, deficientis argumentum esse, celeremq; capturam: facilius autem capi, si cinctus suos venator, flagellumque imperitans equo septenis alligaverit nodis. Hinc Pierius, Ægyptii victorem hostem significare volentes, animal idem cum venatore ab læva congressum effugebant, quod divulgatum esset, Hyænam si non ab læva hostem occupârit, nihil ea magica vi pollere, ipsum vero quasi attonitum deficere, ac nullo penè negotio capi.

Sed Ælianum *999* audiamus: Hyæna ut Aristoteles tradit, læva in manu vim sopiendi habet, & solo tactu somnũ conciliandi, sæpeq; numero in stabula ingressa eum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progressa fuerit, soporiferam, ut ita dicam

dicam, manum ejus naribus admovet, sicque eas opprimit, hic ut sine sensu esse videatur, ac tantum terræ suffodit, quantum sit ad ipsum obruendum satis: guttur verò & supinum & nudum relinquit, in quod incumbens somno oppressum suffocat, posteaque in latibulum abstrahit. Hæc Philes sic proposuit.

εἰάν δ' ἐτ' ἐνλύχητινὶ καθεύδοντί περ,  
 ἐν ἡσυχίᾳ προῆλθε πελμάτων βάσει,  
 καὶ τῷ ἑαυτῆς ἐντύνασα δεξιάν,  
 καθεύκειν εἰς τὴν ῥῖνα τῆ κοιμωμένῃ,  
 κάρα δ' εἶναι φασὶν αὐτῷ ἐργάπην:

*Si fortè quenuquam dormientem offenderit,  
 Pede strepitum non excitante subvolat,  
 Suamq; porrigens dolosè dexteram,  
 Somno jacentis admovet eam naribus  
 Soporis effectricem, ut ajunt, maximam.*

Verùm hanc sopiendi vim, alii Vitulo marino, alii pinnæ dextræ Hyænæ piscis, de quo postea: alii aliis animalibus tribuunt. In summa, Hyæna typus est crebræ mutationis, gravis inimicitæ, perniciosæ adulationis, & frugiferæ tyrannidis, ut rectè VVérdmüllerus<sup>177</sup>.

Jam verò qua ratione Hyænæ capiantur, brevibus Scaliger<sup>178</sup>: venatores cantu, atq; tympanorum pulsatione, delinitam laqueis injectis capiunt. Sed clariùs, capiendi rationem eamq; ridiculam, Busbequius<sup>179</sup> proposuit. Jam ride, inquit, quantum lubet, si unquam risisti: fabulam audies, quam ex ore populi referam. Ajunt Hyænam, sermonem in-

telligere

telligere humanum ( veteres etiam imitari dixerunt ) proptereaque à venatoribus hunc in modum capi. Accedunt ad ejus cavernam, quam ex ossium cumulo deprehendi facile est: subit vnus cùm fune, cuius partem extremam sociis tenendam foris relinquit, ipse identidem pronuucians *Joctur Joctur ucala*: illam se non reperire, illam non adesse, intro repit. At Hyæna, quæ se latere nescitiq; ex ejus sermone putat, manet immota, donec sibi crus fune vinciatur: subinde venatore illam non adesse clamitante: deinde cum iisdem verbis retrocedit. Sed ubi jam ex spelunca evasit, derepente clamore magno, Hyænam intus esse pronunciat: quo illa intellecto, vehementi impetu, ut fugam capiat, ne quicquam profilit, venatoribus per funem, quo crus ei implicatum diximus, retinentibus. Sic eam vel occidi, vel adhibita industria narrant vivam capi; nam animal sævum est, & quod se impigrè defendat: hæc Busbequius: quæ sive vera sint, sive fabulosa, jucunda tamen sunt & ridicula. Sed hujusmodi stultitiam qua animalia quædam capite occultata se tota latere putant, plura sunt: qualem stultitiam Plinius <sup>\*\*\*</sup> mugili quoque tribuit ex Aristotele <sup>\*\*\*</sup>, qui ita de eo, *ὅ κε ερενός ὅ ται φοβητῆ, κρύπτει τὴν κεφαλὴν, ὡς ὄλον το σῶμα κρύπτων.* Simile de Sciana pilce Oppianus <sup>\*\*\*</sup> scripsit:

Κάρη δ' ὄρα δίξετε οἶον  
 Φράζασθαι κεφαλὴν δὲ καπακρύψασα καὶ ὄασε,  
 ἔλπετε

ἐλπεται δὲ ὀρώσῃ λαθεῖν ὀρώσῃ ὁ ἔφορμὴν

Talem & infantum esse stoliditatem videmus, θεμένων Ἰπὶ Φάεσι χείρας, ut de illis Callimachus <sup>z z z</sup> loquitur.

Cor maximum habet proportione, ut & reliqua animalia timida, aut propter metum malefica, Aristoteli & Plinio. \* Sed non abs re erit hujus animalis historiam, cum ea brevis sit, ex Scaligero & Busbequio adponere: Sic Scaliger: Hyæna lupi forma, sed major: pedibus longioribus, humanis similibus: crassis item furis & humanis propioribus: hæc hyæna Græcorum est: feræ huic aliàs non sunt præda: sed erutis alitur cadaveribus; in specubus stabulatur. At Busbequio: Bestia est hyæna lupo aliquanto humilior, sed nihilo brevior: pellem habet lupi similem, nisi quod pilo sit horridiore & grandibus maculis nigris distinguitur: caput ei spinæ dorsi contiguum, sine vllis vertebris: ut cum respicere velit, totam se vertere necesse habeat: pro dentibus os habere dicunt continuum.

<sup>a</sup> Montanus pagina 50 <sup>b</sup> com. in lib. 2. Diosc. cap. 69. de felle <sup>c</sup> lib. 3. theat. nat. p. 348. <sup>d</sup> lib. 2. cap. 6. e 9. obser. cap. 9. f 6. hist. an. 32. <sup>g</sup> lib. 7. cap. 24. <sup>h</sup> 38. <sup>i</sup> notis in 3. de venat. Oppiani p. 113. <sup>j</sup> lib. de serpentib. cap. de hyæna. <sup>k</sup> 13. anima 27. de pisce, aliis locis de quadrup. agit. <sup>l</sup> 8. histor. nat. 30. de quad. at lib. 32. cap. 11. de pisce, <sup>m</sup> lib. 3. de venat. vers. 263. <sup>n</sup> lib. 1. halient. ver. 372. <sup>o</sup> lib. 5. vers. 31. <sup>p</sup> 8. hist. an. 5. p. de 60. anim. cap. 17. <sup>q</sup> Albertus lib. 22. q. exer. 217. 7. <sup>r</sup> in vita Gordonii 3. vel junioris: citant quoq; Pierius lib. 11. hierog. Camer. 2. cent. embl. 53. at Scaliger; Spartianum allegat. <sup>s</sup> com. de abstia. esus carn.

ex 770 Bodinus in 3 de venat. Oppian. p. 94 <sup>t</sup> in itin. Constant. alii Epist. 1 de legatione Turc. citant. u in polyhist. c. 40. x 8. hist. nat. 30. y lib. 4. melpome. circ. fin. pag. 328. z de mirab. auscult. circa finem. 2a VVofforus de diff. ans. lib. 5. cap. 79. bb 8. histor. 5. cc contra Jovinianum lib. 2. dd de anim. p. 3. ee lib. 7. anim. tr. 1. cap. 5. ff de quadrup. in hyena. gg Ar. 6. hist. an. 30. hh Ar. 8. hist. an. 5. ii Eliani scholiast. gracus. kk 8. hist. nat. 30. ll 3. de venat. mm II histor. nat. 37. nn 8. hist. nat. 10. oo Vincent. in spec. nat. par. 2. lib. 20. c. 61. ex libro de naturis rerum. pp 1. prob. 66. ex quo Bodin lib. 3. in Oppi. p. 94. q Brodeus lib. 4. in Oppi. p. 134. qq tom. 2. in Marcum hom. 13. rr ut Jeremia 5. vers. 6. Sophonia 3. vers. 3. ss 8. hist. nat. 30. tt 8. hist. an. 5. vv 2. cent. embl. 53. xx lib. 11. cap. de hyena. yy 37. hist. nat. 7. zz & auctor. lib. de natur. rer. & ex eo Vincent. lib. c. 2aa lib. 37. cap. 10. bbb lib. 28. cap. 8. ccc com. in Oppi. 3. de ven. ddd ex quo Pierius II. hierog. & Cam. 2. emb. 53. eee 8. hist. nat. 30. fff 8. hist. an. 5. & ex eo Montan. p. 39. ggg 7. hist. an. 22. hhh 7. animal. tr. 1. cap. 5. iii in opere epithet. p. 230. kkk Werdmiill. de simil. ab an. p. 178. ll 8. histor. 30. mmm 6. histor. an. 14. nnn lib. 3. cap. 7. ooo lib. 15. cap. 1. ppp lib. 28. cap. 8. qqq 6. histor. animal. 14. rrr de simil. ab animal. pag. 173. sss exer. 217. ttt in itin. Constant. pag. 51. at Rittershusius, notis in 4. halieut. Oppi. Epist. 1 leg. Turcica citat. uuu 8. histor. 5. xxx 8. histor. animal. 2. & Albertus Magnus lib. 24. animal. cap. 1. yyy lib. 4. halieut. ver. 62x.

zzz hymno in Dixnam ver. 71. \* lib. II.

637. malignè astutum animal.

Montanus pag. 54.

## C A P. III.

*Utrum Hyæna sexum utrumq; habeat  
vel eum solum mutet.*

**H**YÆNAM genitale maris & fœminæ simul habere, alii affirmant, negant alii. Sic alii sexum alternis tantum annis, alii sæpius in anno, mutare statuunt. Quod enim sexu sit utroque, & alternis annis mas, alternis verò fœminâ fiat, Ægyptii præcipuè prodiderunt, & primus hujus opiñionis Herodotus Heracleotes fuit, ut ex Aristotele<sup>a</sup> colligere est: Et Orus Apollo<sup>b</sup> in sacris Ægyptiorum libris, *ἡαινα ἄδ' ὅτι μὲν ἀρρῶ, ὅτι δὲ θήλειά γένεται.* Ægyptios secuti sunt plures: causam Pierius addit: quia captæ aliquot tenellæ adhuc sine genitalibus fuerint: mares enim (ut Plinius) in eo genere singuli fœminarum gregibus imperitant: timent libidinis æmulos, & idèò gravidas custodiunt, morfuq; natos mares castrant: contra gravidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudentque copia libidinis. Sic Plinius<sup>d</sup>, Hyænis utraq; natura est, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare, vulgus<sup>e</sup> credit, Aristoteles negat. Audiamus ergò Aristotelem<sup>f</sup> quòd autem de Hyæna fertur, genitale simul & maris & fœminæ eandem habere, commentitium est. Idem alibi<sup>g</sup> sic loquitur: quin etiam de Hyæna stultè magnoq; er-

fore narratur, duplex genitale habere, maris ac feminae, & inire & iniri annis alternis quare rectè Votonus <sup>b</sup> hoc conjecturium esse asserit.

Quod vero quotannis sexū mutet, & uno anno patris vice fungatur, altero matris, Oppiani & Ovidii est sententia. Sic enim Oppianus <sup>c</sup>.

Θαῦμα δὲ καὶ τὸδ' ἄκροατοεὶ σικλήσιν υἰαίνης,

Ἀρσενά καὶ θήλειαν ἀμείβεσθαι λυκάβαυτι.

Καὶ ῥ' ὅτε μὲν τελέθειν δυσδερχέανυμφότῃρα,

Νωλεμές ἰμείροντω γάμων, ποτὲ δ' αὖθις ὄρασθαι

Θηλυτέρων ἰμύφλω, λοχίω, καὶ μητέρα κεδυήν :

Quos verius Conradus Rittershutus J.C. ad verbum sic reddidit:

*Miraculum etiā hoc audivi de miraculosis Hyænis;*

*Marem & fœminam mutari quot annis (alternis*

*(annis Brodeus)*

*Et sanè alia quidem esse tetrūm sponsūm*

*Perpetuo appetentem concubitus: alias verò contrā*

*(videri*

*Fœminam, sponsam puerperam & matrem sedulæ*

Et Ovidius 15. metamorph.

*Si tamen est aliquid miranovitatis in istis*

*Alternare vices, & <sup>k</sup> quæ modo fœmina tergo*

*Passa marem est, nunc esse marem miretur Hyænâ.*

Idem testatur Ælianus (quem, hanc sexus mu-

tationem aliqui volunt ipsum quadrupedi, a-

lii serpenti <sup>l</sup> assignare) his verbis <sup>m</sup>: Hyænâ

si videas, uno quidem anno marem, altero vi-

debis fœminam: si verò nunc fœminam, po-

stea marem: utriusque enim sexus particeps est

eundem marem cui ante nupserat, uxorem

Dd ducit:

ducit: quotannis autē genitalia immutat: illos igitur veteres Cæneum & Tirefiam, non ostentatione verborum, sed rebus ipsis exprimit & declarat hoc animal: sic etiam refert Jorach apud Albert. Et Simon Majolus, <sup>2</sup> admirandū ait animal, idemq; non semper mas, neq; semper fœmina, quod modo adductis *Æliani* verbis comprobatur: addens, tantæ salacitatis causā esse, calorem nimium naturæ innatum.

Ast *Philes Græcus Poëta*, hanc mutationem sæpius in anno fieri significat.

Ἀρρῶ μὲν ἦν ὕαινα τὸν χθὲς πρὸς ἡρόνον,  
Θῆλυς δὲ τὸν νῦν, δεῖξτε καὶ πάροχει πάλιν.  
ὅσα ὄδε μητροπατρὸς ὅπως τε γίνεσθαι,  
Κύσσει καὶ σπείρσει τὴν διφύειαν.

*Hyena que mas pridie videnda erat,  
Nunc fœmina est, in it q<sub>3</sub> in itur q<sub>3</sub> invicem  
Maternus ut q<sub>3</sub> fiat avus haud dixerit,  
Alvo ferens ferens q<sub>3</sub> foetum mutuo.*

Hanc opinionem *Aristoteles* <sup>p</sup> sequentibus verbis refutat: *Hyena* similiter atq; *lupus* & *canis* genitale virile habet: quod verò fœmineum esse videtur, sub cauda positum est, figura simile genitalem fœminæ, sed sine ullo meatu: sub hoc meatu excrementorum est.

Quin etiam fœmina *hyæna*, præter suum illud etiam simile ut *mas* habet sub cauda, sine ullo meatu à quo excrementorum meatu est, atq; sub eo genitale verum cōtinetur. Vulvam etiam *Hyenam* fœmina, ut cætera hujusmodi fœminæ animantes habet, Idem alibi <sup>9</sup> *Hyæ-*

nam

nam complures ajunt, inire & iniri annis alternis, sed visa est Hyæna mas, & altera fœmina sui genitalis discrimine: locis enim nonnullis penuria hujus conspectus non est. Verum Hyæna tam mares quàm fœminæ habent sub cauda lineam quandam similem genitali fœminino, (adde, quæ introrsum pervia non est, quod de Melibus hoc se quoq; dixisse Scaliger <sup>r</sup> asserit, loco tamen præterito) Quæ quidem nota, quamvis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares quàm fœminæ magis capiuntur. Itaq;, qui rem parum diligenter considerant, in hanc opinionem aberrant: hæc Philosophus. Audi quæso, quæ Scaliger <sup>r</sup> de aquatico mure, Aristotelis opinioni de Hyæna subjicit: in aquatico mure cujusmodi multos vidimus ad stagna Ligurum Taurinorum, maxima est admiratio: femellæ namque tria sub cauda sunt foramina, à vesica, ab alvo, a matrice: hoc sanè quam mulier, nobilior: cujus fœtus non edatur per fœtidas vias excrementorum. Idem Aristoteles <sup>r</sup>: rarò Hyæna fœmina capitur (quod etiam Plinius <sup>r</sup> tradit) jam inter undecim numero, unam tantum cepisse, venator quidam retulit: & alibi scribit, promptius esse marem capere, quàm fœminam (utpote callidiorum sexum) nam ut Solinus <sup>r</sup>, fœminis callidior astutia ingeniata est.

Quid de hac Aristotelis sententia videatur Pierio in Hieroglyphicis, audiamus. Id ita esse

contendit Aristoteles, qui difficulter unicuique naturæ miraculo videtur assentiri. Sed miror in hoc, tam veteres, quam recentiores autores diversos ab Aristotele, tam cōstanter ire, quod ab illis temerè fieri haudquaquam adduci possum, cum præsertim Ælianus historiæ huiusmodi scriptor diligentissimus, id tradat (verba supra adduximus) Qui quidem autor, cum Aristotele longè posterior fuerit, id scriptis credere minimè ausus esset, nisi aut compertum ipse, aut fide dignorum testimonio certum habuisset. Accedit & Terrulliani scriptoris diligentissimi autoritas, qui ita scribit: Hyænam si observes, sexus annalis est, marem & fœminam alternat.

Verum, Aristoteli, quod Bodynus \* etiam vult, magis credendum arbitror, quàm reliquis, qui de animalibus scripserunt, cum octingenta auri talenta ab Alexandro Magno accepit, cum tribus hominum millibus, qui sylvas, aviaria, & vivaria omnis generis disquirerent per Europam, Asiam & Africam, ut omnia genera volatilium, gessilium & aquatilium ad se deferrent, quo variis dissectionibus animantium confectis de universa animantium natura accuratissimè scriberet. Cōfirmor in hac sententia, dum ea quæ de lepore dicturus sum, perpendo: ubi & Ælianus, marem parere asserit sed auditione se accepisse testatur, ut plenius infra.

Sic & Clemens Alexandrinus<sup>z</sup>, Aristotelis senten-

sententiam pluribus confirmat: Enim verò, ait, Hyæna animal libidinosissimum est, cui sub cauda ante sordium exitum, carnea quæpiam eminentia adnata est, forma verendo femineo consimilis: hæc verò carnis species, nullū meatum habet in usum aliquem tendentem, aut inquam in uterum, aut in intestinum rectum, solam verò cavitatem multam habet, qua inanem lasciviam suscipit, quando viæ ipsius partus, utpote circa fœtum occupatæ, aversæ sunt. Id ipsum verò mari pariter & fœminæ Hyænae accrevit, propter immoderatâ Veneris pruriginem: variat namq; & masculus: hinc quoq; rarissimè fœmellam Hyænam consequi licet: non enim continui partus huic animali obtingunt, semine in ipsis præter naturam abundante. Idem: proinde neque Hyænam naturam, inquam, immutare credendum est: neque enim genitales partes idem animal simul ambas habet, maris nempe & fœmellæ, prout censerunt quidam, Hermaphroditas prodigiosè comminiscentes, tertiamque hanc ipsam fœminarum inter & marem Androgynam naturam innovantes: penitus verò falluntur naturæ, rerum omnium matris authorisque impensum amorem non reputantes: hæc ille.

Hinc Ægyptii volentes significare (ait Pierius ex Hora polline) quempiam instabilem, nec in eodem vitæ, quem sibi proposuerat statu perseverantem, sed alias quidem probum, fortem, audacemq; tam animi quam corporis

fui dormitorem, alias verò improbum, invalidum, miserumq; & ad cupiditates omnes impotentem, (vel ut Horapollo <sup>b</sup> interim robustum & audacem, interim verò imbecillum ac timidum) Hyænam hieroglyphicè proponere consueverūt, huic siquidem utramq; naturam inesse, & alternis annis mutare credidere. Et ut Werdmüllerus <sup>a</sup>, quatenus nunc mas est, nunc fœmina: ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia: nunc Philosophi sunt, nunc nepotes: nunc amici, nunc inimici.

Verum hanc de Hyæna & lepore, de quo infra, de utroq; sexu opinionem, Clemens Alexandrinus <sup>c</sup> eleganter his verbis expressit.

Contemplamini quæso omniscium Mosem, quomodo olim symbolicè sationem infrugiferam repulerit: non comedes, inquit, Leporem neq; Hyænam (cur Hyænam legat mihi incertum, cum quatuor animalia in Levitico phibita sint, camelus, cuniculus lepus & sus: a similitudine vocis deceptus, cum <sup>ὄσ ὄσος ὄσινος</sup> sus, fucula, porcula, ut lexicographi Græci ostendunt significat). Non vult de qualitate ipsorum hominem quicquam assumere, neque etiam consimilem lasciviam degustare: ad satietatem enim in explenda libidine hæc animalia fatigantur. Et ipsum quidem leporem, quotannis abundè, ajuat, semen excernere, totiesq; adeò ut ad eundem quo vitam suã degubat annorum numerum, uteri orificium cõcludat

cludat ( id est, toties occludit ipsius uteri foramen, quot vitæ suæ dies transegerat, ut proles leporum tot vicibus pariendo enitatur, quotus est vitæ peractè numerus expletus) Hanc igitur leporis esus prohibitionem, puerilis amoris avertationem designare. Ipsam autem hyænam, permutatione sexus alternis annis marem, alternis fœminâ fieri: quasiq; ænigmatè subinnui, non oportere concitato impetu in adulterium scortationesq; ferri eum, qui sibi ab hyænæ comestione tēperaverit. Imò verò, non oportere iis animalib. assimilari, interdicto proposito, Mosen omnisciū tacitè innuere voluisse in confesso est, ipseq; annuam libens. Neq; igitur explanationi illi assentior, utpote symbolicè tantū cū sint enunciata: nec n. natura vi adigetur unquā ad sui ipsius permutationē: quodcunq; verò in eandē semel cōformatū fuerit, id jus fasq; nō est, prout cujusq; libitū tulerit, in contrarium adversūq; ipsi efformare velle. Passio n. eadē ipsa natura non est: perperam quidē sculperè, non autē de novo immutare naturæ effigiē, passio consuevit. Etenim aviū quā plurimæ variante anni tēpore, vocem colorēq; mutare dicuntur, veluti Merula flava quidē ex nigra, silens verò ex canora redditur: Similiter verò Luscinia colorē vocemq; in solis concursionib. permutat, non verò naturā ipsam variat, ut ex mare fœmina per transformationē fiat. Verū ipsa quidē alarū novapubes novę vestis in morē, pēnarū tincturā florescētē

reddit: sed non ita multò post ad hyemales minas difflatur, veluti floris colore marcescente. Consimili verò modo ipsa vox quoq; algore effecta, tabescit: superficie enim ab ambiente constricta, arteriæ eæ, quæ circa guttur sunt compressæ & condensatæ, ipsum insuper spiritum cohibent; hoc verò in magnas angustias redactò sonum suffocantem edit; mox verò rursum eandem cum ambiente similitudinem nanciscens, novoque vere relaxatus, spiritus ex illa meatuum angustia liber evadit, per patentès arterias delatus: neque jam amplius tantum languidum voce subtili & gracili exhibilatur, sed sonora voce effert, & latius loquela diffunditur, jamque avium cantus, quasi vocis ver quoddam existit. Idem paulò post. Unde ex omnium confessione manifestum nobis fit, miffiones cum masculis & infrugiferas sationes & averfam Venerem, & naturæ dissentaneas Androgynus communionès, repudiari debere: hæctenus Alexandrinus. Sed ad naturam redeamus,

Tandem Hyæna ex aliena æquè atque è suis quisque specie concipit: cum cane enim coit Scaliger <sup>bb</sup>, coit etiam cum lupo, & parit eum, qui *ὀνόλικος* vocatur, qui non in grege, sed solitarius degit, inque homines & pecora grassatur, Græco quodam auctore: & Herodotus <sup>cc</sup> apud Maxyes, Thoem, ex hyæna & lupo generari affirmat: quod & Varinus & Hesyichius <sup>dd</sup> etiam asserunt: thoes ex lupo, par-

daji,

dali, panthera, Oppianus : & omnia bigenera plus à matre accipere videntur, præsertim quo ad magnitudinem & formam corporis, Montanus ; & in Æthiopiæ parte, coit cum læna, unde nascitur monstrum cui Crocutæ nomen est Solino & Plinio <sup>ee</sup> (leocrutam alii malunt legere) parit, quod similiter voces hominum pecorumque imitatur.

<sup>a</sup> 3. gen. anim 6 at Bodinus lib 3. in Oppian pag 95. dicit Herodotum & Heracleotem <sup>b</sup> Horapollo in hieroglyphicis lib. 2, 69. c lib. 11. Hieroglyph. titulo morum instabilitas p. 83. <sup>d</sup> 8. hist. 30 meminit etiam lib 28. cap. 8: & Ravisius in Epith. e falso credit. inquit Montanus de diff anim pag. 34. f. 6. hist. anim. 32. g. 3. gener. anim. 6. h de differ anim. l. 5. cap. 79. i lib. 3 de venan. vers. 388. citat etiam Langius i epist. 70 <sup>k</sup> citat etiam Picus Mirandul. tom 2. lib. 2. exa. doctrin. cap. 32. inquit produuntur animalia qua mutant. sexum. & Langius lib. 1 epist. 70. l Gesner de serpentib & Brodaus in oppid. m i trist. an. 25. n colloquio 10 in quo de serpentibus o in Iambis sub titulo hyana p. 98. p 6. hist. an. 32. q 3. gen. an 6. r exercitat. 217. num. 7. s 9. hist. an 32. t 8. hist. nat 30. v in polyhist. cap. 40. x 3. de venat. in Oppian pag 95. y lib. 13. animal. 12. z lib. 2. παιδαγωγῶν cap. 10. aa pag. 173. bb exerc. 292. num. 2. cc lib. 4. pag 238. dd in vocabulo Δῶες. ee 8. hist. nat. 30.

## C A P. IV.

## De Hyænæ &amp; ejus partium usu.

**S**ed ne quid ad Hyænæ historiam faciens prætermittamus, nunc prosequemur ea, quæcunq; medicinis produntur, id partim ex

Dd 5 Medi-

Medicis, qui tamen potissimum Fel in remediis ponunt, & oleum, in quo ipsa decocta sit, cōmendant: partim quę Plinius <sup>a</sup>, Magis autoribus tribuit, nam licet & piscem hoc nomine Plinius & alii proposuerint: attamē cum Marcello Virgilio <sup>b</sup> credimus de terrestri hyęna, nō de marina Dioscoridē locutum esse, tam concors & idem in tota hac re Plinius <sup>a</sup> illi est.

Hyęna viva, docente Aëtio <sup>c</sup> in oleo cocta, veluti vulpes, oleum discussoriū efficit, arthriticis utilissimum: verum, ut loquitur Galenus <sup>d</sup> oleum in quo vulpes cocta est, non est potētioris in digerēdo facultatis, quā in quo Hyęna: quę si similiter in oleo lixetur, reddet. oleū longē potētissimæ in digerēdo facultatis. Rhasis <sup>e</sup> verò & Alberto, caro alzabo calida est & humida: cocta cum oleo, juvat podagricos & dolores juncturarū ex frigiditate: est n. tenuis substantiæ & diaphoretica: cocta cum aqua, cui infideat in solea seu cupa podagricus, vel arthriticus, plurimū prodest. Manus dextra, cū hominis sinistra abscicta, si suspēdatur super aliquē, quicumq; viderit eū, diliget eum præter Alzabo: Rhasis & Albert. Si manus dextra cū corio ejus animali vivente abscindatur & suspendatur super aliquē si ille intraverit ad Regem, aut aliū, negotii alicujus obtinendi causa, id quod petit obtinebit. Idem. Pes sinister & ungues si ponantur, & in panno lineo ligentur dextro alicujus brachio, non tradet oblivioni quęcunq; audiverit & sciverit. Idem. Pedem  
fini.

sinistrum superlatum parturiēti, lethalem esse:  
 dextro illato, facile eniti. Plinius. Carnes si e-  
 dātur, cōtra canis rabidi morsus, efficaces sunt:  
 etiam nū jecur efficacius: carnes cervicis, sive  
 mandantur, sive bibantur arefactæ, lumborū  
 doloribus, humeros humerorū & lacertorum  
 doloribus tactu p̄sunt: sic carnes è lumbis, ad lū-  
 borum dolores edendas, illinēdasq; cum oleo  
 suadent. Caro è pectore hyænx, & p. li 7. & ge-  
 nitale cervi, si illigentur dorcadis pelli, mulieri  
 prægnanti collo suspensa, continere partus p̄-  
 mittunt: hæc Plin. Sanguis si calidus illinat lo-  
 cis leprosis, conducit, Rhasis: & Albert: at cum  
 polenta sumtus, torminib. eodem tactis postib.  
 ubi cunq; Magorū infestari artes, non eli-  
 ci Deos, nec colloqui sive lucernis, sive pelvi,  
 sive aqua, sive pila, sive quo alio genere tēten-  
 tur Plin. Adeps inter alia alopecix p̄dest, Ga-  
 lenus s: adeps renū, contra fures valet, Plin.  
 Adipe accēso, serpētes fugari dicūt: adipe è lū-  
 bis suffiri debent difficulter pariētes, & statim  
 parere: simus in intestinis invētus cū adipe illi-  
 nitur, & coriū substernitur à cane morsis. Idē.  
 At Mirep. s adipe hyænx recentē admiscet aliis  
 in emplastro, q̄ è fermento nominat. Medulla  
 è dorso cum oleo vetere ac felle nervis dolen-  
 tibus illinitur, Plinio: q̄ & Marcel. Empiricus  
 autoritate Democr. recēlet. Medulla dolorib.  
 spinæ & nervorū, & lassitudini renū auxiliat:  
 & medulla è dorso adalligata cōtra varias spe-  
 cies opitulari volūt, Plin. si medulla & oleum è  
 lētisco & cera misceat & facies ejus, qui canis ra-

bidimorsu potum expavescit, perungatur effi-  
cax. Medulla pedis sinistri trita, valet in mu-  
liere, quæ non diligit virum suum: si injicia-  
tur in nares ejus, diliget eum præ cæteris. Rha-  
sis & Albertus.

Cerebri sinistra parte naribus illita, morbi  
perniciosi mitigantur, sive hominū, sive qua-  
drupedum: sic cerebrum cum corde, in cordis  
palpitatione commendatur. Plinius.

Oculus cum glycyrrhiza & anetho sumptus  
in cibo, sterilitatem mulierum emendat (si ve-  
rum est inquit Mercatus <sup>i</sup>) promisso intra tri-  
duum conceptu, Plin. oculo decocto, & cum  
sanguine mustelæ peruncti omnibus odio ve-  
niunt. Idem.

In pupillis Hyænx lapidis reperitur, quem  
Hyænum dici, scribit Solinus: quare Plinio &  
Hyæniæ gemmæ ex oculis Hyænx, quæ ob id  
pertusæ inveniuntur quorum in libro nostro  
de lapide Bezoar etiā meminimus. At Albertus  
in oculis, vel verius in fronte inveniri scribit:  
imò totos oculos in lapidem verti, Sylvaticus  
ex Alberto asserit. Hunc multorum colorum  
esse, Camillus in suo speculo <sup>l</sup> tradit: quem  
ejus potestatis faciunt, ut cujus hominis lin-  
guæ subditus fuerit, ore prius abluto, divina-  
tionem conferat. Euax <sup>m</sup>: futura prædicat, So-  
linus: (si credimus, addit Plinius) statim facit  
vera prædicere, si vera narrantur, Camil. <sup>l</sup>. Hæc  
ob causā Plin. & Solin. huic animali magicam  
scien-

scientiã inesse pronũciarunt: & Magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione posuerunt, utpote cui & ipsi Magicas artes dederint, vimque qua alliciat ad se homines mente alienatos. At Bodinus \* ea portenta, quæ de Hyæna feruntur, sine Goetia & Thurgia fieri posse, vix credit, licet Ælian. Orus, Apollo\*, Plinius & M. Agrippa †, causas ad naturam referant. Addit præterea Camillus †, lapidem hunc gestatum, quartanæ & podagræ invasionem impedire.

Palato arefacto, & cum alumine ægyptio calefacto, ac ter in ore permutato, fœtores & ulcera oris emendantur. Plinius.

Lingua cum cinere spinæ, contra podagram, uti in spina dicitur, Plin. Si quis manu teneat cõtra canum imperum, maximam cautionem habebit, Zorastres in Geoponicis. Qui linguam in calcamento sub pede habent, non latrantur a canibus, Plin. At Oppianus † videtur idem de pelle, vel quavis ejus parte in calceogestato scribere (licet Brodæus \* nasi pellem, si quis ea sit calceatus, tantopere canibus formidulosum ac horribile eum existere, ut iine quicquam latrare audeant, intelligere videatur) sic autem Oppianus.

Τῆς μὲν τε διατμήξας πῶς πᾶσι

Ἐὶ φορέοις σκυλάκων μέγα δῆμα κρηταῶν,

Καὶ σὲ κύνες, κείνοισι ἐπεμβεβαῶτα πεδίλος

Ἀλὴο νῆχ ὑλάσσι, πάρος γέ μὲν ὑλακῶν ττες

Palmo-

Pulmones in cibo sumpti cæliacis: ventriculo, cinis cum oleo illitus. Plinius.

Cor in cibo potuque sumptum omnibus doloribus corporum auxiliatur: ex corde mandendum aliquid tremulis, ischiadicis, exilientibus & quibus cor palpitat, ita ut reliquæ partes cinis cum cerebro hyænxæ illinantur, Plinius.

Omentum, hulcerum inflammationibus cum oleo. Idem. Intestini recti ultima pars sive ut Plin. extrema fistula intestini, cōtra Ducum & potestatum iniquitates cōmonstrant, & ad successus petitionū, iudiciorumq; ac litiū evētus, si omnino tantū aliquis secū habeat. Idem.

Jecur degustatum in febribus quartanis, ter ante accessiones in potu datū torminib. & calculis medetur: recentis inflati sanies cum despumato melle, in cunctis glaucomata sanari dicunt. Idem. Fel drachmæ pondere cum decoctione spicænardii in potu, adversus tympanitidem exhibent, Rhafis & Albert. Et Dioscorides \* de omni felle agens, Hyænxæ fel inter præstantiora recensuit: Galenus \* medicamentis ocularib. admiscet, & ad visum acuendū & suffusionum initia discutienda, cum melle illitum \* (quemadmodum & Montanus \*) commendat, & taurino præfert: & Aërius † taurino fortius asserit, caligines eximit, cum melle optimo mixtū & diu agitatur, si assidue inde oculi suffundantur aut superlinant, Marcel. Idem ex Democrito affirmat, si frōs perfricetur, epiphoras incipientes & omnem oculorum dolorem posse sedari.

Quare

Quare Plin. illicitum frontib. lippitudini, aut nō omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus & croci uncia, inunctū: Sic & calignes, sicuti & suffusiones: claritatē excitari melius inveterato medicamento: asservari autem in cypria pyxide. Eodē sanari argema, scabritias & excrementas in oculis item cicatrices, Plin. Quare & Aëcius <sup>z</sup> ad cicatrices, suffusiones, & alias hebetudines oculorum adhibet Galen. <sup>a a</sup> jubet pilis radicitus prius evulsis, fel hyænæ sceminæ inungere: & Marcellus, si loca quibus molesti sunt pili in palpebris nati, felle assiduè tangantur, confestim tabescent, & si vulsis super ducatur, non renascuntur: idem & Plin. In podagra prodest cu lapide Assio, Plin. Fel maris ligatum super femur sinistrum, non cessabit coire cum muliere quamdiu ipsum tenuerit, ex sententia Rhafis & Alberti. Fel hyænæ, ibim interimit, *Alian.* <sup>b b</sup> Membrana, quæ fel continebat, cardiacis, potu in vino, vel in cibo sumpta succurrit, Plin. & Aëcius <sup>c c</sup>, ex vesica fellis hyænæ, infusis unguento nardino, rosaceo, irino & melle æquis partib. supra calido cinere unitis, cōmendat pro pessario ad cōceptum p̄movendum, si post mensium purgationē ante concubitum indatur: hyænæ fel, ut eleganter Rhodiginus <sup>d d</sup> & plæraq; ferarū sevisimarū, habent sæpè vim medicā: sic nōnullos emendatione indigentes hac ratione castigat Deus, ut injecta tyranni efferatoris violentia, aut magistratu amarulento Scythi-

cum

cum cyclopicumq; spectante, ad iusticiam redigat & vitæ integritatem.

Lien in cibo potúve sumptum, lienum doloribus medetur, Plinius.

Vesica in vino pota, contra urinæ incontinentiam: quæ auté in vesica inventa sit urina, additis oleo ac sesamo, & melle hausta, prodest acrimonix veteri, Plin. Democritus scribit, therionarca in Cappadocia & Mysia nascente omnes feras torpescere, nec nisi Hyæna urinæ aspersa, recreari. Idem<sup>66</sup>

Vulva cum mali punici dulcis cortice in potu data, mulierum vulvæ prodest. Idem.

Genitali ad sexus suos in melle sumpto, venus stimulatur, etiam si viri mulierum coitus oderint: Ischiadicis, genitale è maribus sufficit: item lippientibus, ruptis & contra inflammationes servatos pedes tactu: lavos dextris partibus: dextros lævis. Idem.

Cutis, quæ fuerit in capite ejus alligata, capitis dolori prodest: frontis corium, fascinationibus resistit. Idem. Corium substratum, à cane morsis auxiliari tradunt Magi: post timorem, ait Avicenna<sup>ss</sup>, aquæ, & ante ipsam cibam eum cute Adabau claudicantis. At Marcello, <sup>ss</sup> ex pelle facta calceamenta, si quis in quotidiano usu habuerit, efficaciter podagro carebit.

Nervis à dorso armisq; suffiendi nervorum dolores: nervi poti in vino cum thure fecunditatem ademptâ veneficio, restituit. Plinius,

Offium

Ossium spinæ cinis cum lingua & dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atq; illita hyænxæ pelle, podagris. Quin imò totius domus concordiam, eodem genitali & articulo spinæ, cum adhærente corio, asservatis, constat: quem spinæ articulum, sive nodum, Atlantion vocant: est autem primus. In comitialium quoq; remediis habent eum. Ex spina verò parturientibus ossa suffitu salutaria. Idem.

Maxillæ pars comminuta, cum aniso, & in cibo sumpta, horrores sedat: eodem suffitu mulierum menses evocantur. Idem.

Dens suspensus supra brachium dextrum ab humero usq; ad cubitum, contra oblivionem valet. Rhafis & Albertus. Dentes, dentium doloribus tactu profunt, vel adalligati ordine (& à Myrepsio <sup>h h</sup> admodum laudatur) ejusdem dentes, si de sinistra parte rostri eruti sint, alligati pecoris aut capri pelle, stomachi cruciatibus. Tantumq; est vanitatis, ut si ad brachium adalligetur superioris rostri dextræ partis dens, jaculantium ictus deerraturos neget. Contra nocturnos pavores, umbrarumq; terrorem, unus è magnis dentibus alligatus, succurrere narratur. Furentes suffiri eodem, & circumligari ante pectus cum adipe renum, aut jecinore, aut pelle præcipiunt. Plinius.

Costarum primam & octavam, suffitu ruptis salutarem esse. Idem.

Tali sinistri cinere decocto, cum sanguine  
E c                      nemuste

ne mustelæ perunctos, omnibus odio veni-  
re. Idem.

Ungues si inveniantur, in his mortem ali-  
cujus capientium significari centent. Idem.

Pilorum quoq; vim aliquam esse Magi cen-  
suere: Sic enim Plinius: mox, ut est solers am-  
bagibus vanitas Magorum, capi habent, Gemi-  
norum signum transiente Luna, singulosq;  
propè pilos servari. Pili cum carne, uti dixi-  
mus, partus continent. Pili rostri (maxillam  
intelligit) mulierum labris admoti amatori-  
um sunt. Pilorum cinis, ex oleo illitus viris qui  
sunt probrosæ molliæ, non modò pudicos,  
sed & severos mores inducit. Plinius. Si sumat-  
ur pilus Zabo, de pilis qui sunt circa collum  
(potius culum) masculi, & comburatur, terat-  
ur cum picæ, deinde inungantur cum eo anus  
sodomitæ patientis, removeretur ab eo vitium  
illud, auctoribus Rhase & Alberto.

Fimum in intestinis inventum arefactum  
ad dysentericos valet potum: illitumq; cum  
adipe anserino, opitulatur toto corpore læ-  
sis malo medicamento, Idem. Et Aëtius<sup>ii</sup>,  
emplastro cuidam adversus crocodili morsum  
imponendo, stercus hyænæ adjungit; putrida  
ulcera quoq; sanare Hieronymus<sup>kk</sup> scribit,  
etiam Vincentio Belvacensi citante. Quod si  
in ventriculo occisæ, ossa vel carnes, invenian-  
tur, suffitu podagricis auxiliantur: Ossa sive ex-  
crementa reddita, cum interimitur, contra  
Magicas insidias pollent.

Multa

Multa quoq; de pelle & ἀντιπαθεία hyænæ, non solum cum canibus, sed etiam cum aliis scribuntur. Etenim Actuarius adversus canum rabidorum morsus commendat pellem cum gentiana, septem diebus amuleti loco gestatam.

Et Plinio, pellis ejus gestata, tutos præstat à canum latratu & morsu, quorū scilicet dentes contactu suo obstupescit. Imò pellem hanc non à canibus solum, sed etiam ab hostibus tutos præstare, proditum est. Scribonius Largus<sup>11</sup> refert, se cognovisse in Creta, esse barbarum quendam naufragio appulsum, qui eos, qui Hydrophobia post morsum canis rabidi corripuntur, remedio sinistro brachio alligato, efficere ut potionem accipiant & liberentur vitio. Hoc querenti quid esset, ab hospite meo legato inde misso nomine Zopyro Gordiense medico, dixit hyænæ corii particulam esse panno illigatam, quod nondum sum expertus, quamvis protinus magna cura hyænā invenerim, & pellem paratam habeam: quare Mercurialis tractat. de Hydrophob. scribit: Hyænæ cinerem in hoc affectu commendari, ut JOHANNES BAUHINUS frater meus in tract. de lupo- rum rabie refert. Horapollo<sup>m<sup>m</sup></sup> scribit, quod significare volentes eum qui ad extremum usque vitæ spiritum omnes, in quas incidit calamitates, æquo & constanti superavit ac passus sit animo, pellem pingere hyænæ.

Hac enim succinctus quis, etsi per medios feratur hostes, intrepidus, indemnusq; præteribit: velut Rhodiginus, <sup>nn</sup> tanquam intrepidantis ac constantiæ in calamitatibus indicium, hyænæ pellis expecta habebatur.

Crediderunt insuper veteres, hyænæ & phocæ pellibus, vim quandam inesse fulmina prohibentem: quare & summas velorum partes eis naucleri obtrigebant, referentibus Plutarchio <sup>oo</sup> & Cœlio Rhodigino <sup>nn</sup>: hinc Rhodiginus censet Adagium uturpari posse, ut is qui suo opte præsidio adversus potentiores vim præmunitus est, dicatur Hyænæ phocæq; pelles, quod tunc de cælo minimè tangantur, gestare: erantq;, Horo teste, apud Ægyptios, securitatis symbolum. Palladius <sup>pp</sup> verò scribit: grandini obviare creditur, si quis pellem hyænæ per spatia possessionis circumferat & in villa aut cortis suspendat ingressu, cum malum viderit imminere. Et Columella <sup>qq</sup>, nonnulli pelle hyænæ fatoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea, cum paulum immorata sunt, femina jaciunt, non dubitantes proventura quæ sic fata sunt. Aetio <sup>rr</sup>, hyænæ pellem quidam domi repositam adferant, & usu expetente ipsam à rabioso cane commorsis circumdant: nam proprietate quadam prohibet, ne commorsus in aquæ timorem delabatur, sed jam lapsis auxiliatur.

Miram dictu, quod Plinius <sup>ss</sup> refert, si pelles Pantheræ & Hyænæ contrariæ suspendantur,

tur, pilos pantheræ decidere: Vel ut Orus<sup>us</sup> loquitur, pellē pardi abjicere pilos, hyænæ conservare. Quod mihi mirum videtur, cum Æliano monente, " " Hyæna pardalim timeat.

Quare cum sacerdotes Ægyptii, ut Horapollo, <sup>m</sup> eum qui inferiori & invalidiori cesserit, cum innuere volunt, geminas pelles pingunt, hyænæ unam, alteram pardi. Vel ut Pierius habet, superatum ab inferioribus, vel à deterioribus hominem intelligi vellent, duo tergora Pantheræ unū, Hyænæ alterū cōmittebant, assuebantq;: siquidem compertum est, tanta inter se repugnantia ea dissentire, ut si simul assuātur, vel etiam cōtraria suspendantur, Pantheræ pili decidant, Hyænæ verò nullo detrimento afficiantur: quæ quidem tanto esse Pantheris metu dicitur, ut occupatæ ab ea, tanta animum consternatione despondeant, ut ne resistere quidem conentur. Hinc. fortè commentum, pilos cujuscunq; generis & inutiles, maximè palpebrarum auferri medicamento quodam ex Hyænæ corde in cinerem concremato & cerebro ejus illito. Præstant hoc etiam, quod Hyænæ tergus in pantheræ pilos efficit, Aquilarum pennæ, quæ admixtas reliquarum alituum pennas devorant.

Ad Hyænæ cavernam sinistro lacerto religatum, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam præsens, ut illico sequatur, Plin. Nam hoc mirabile est, quod philtis & magi-

cis artibus adhiberi soleat non tantum apud veteres, sed etiam hodie apud Turcas : nam cum, inquit Busbequius, <sup>xx</sup> eo tempore duæ essent Constantinopoli, mihi tamen vendere gravabantur, quod se Sultanæ, hoc est, principis uxori, eas reservare dicerent : quippe quas philtis & magicis artibus animum mariti retinere, recepta in vulgus opinio est. Sic Artemidorus <sup>yy</sup> scribit. hyænam per quietem alicui visam, androgynon & cynædum significare.

Et tandē Magi omnes, Porphyrio referente, metempsychosin credunt, & communem nobis cum reliquis animalibus naturam insinuantes, sinistras & eos qui sacris iisdem initiati sunt, Leones appellant, mulieres verò Hyænas &c. Et hæc dicta sunt de Hyæna quadrupede.

a lib. 28. cap. 8. b com. in lib. 2. Diosc. cap. 69. c retrab. i. ser. 2 cap. 164. & 194. VVottonus de animal. lib. 5. cap. 79. d ii. simpl. cap. de vulp. e de 6. animal. f i. de com. medic. f. loc. 2. g sect. 10. h c. 62. cap 35. i volum. 3. lib. 3. de morb. mulier. cap. 3. pag. 642. k lib. 37. cap. 10. & Encelius lib. 3. lep. cap. 49. l de lapid. lib. 2. m in suo lapid. n libr. de damono. o in hieroglyph. p libr. occult. philos. q 3. de venat. vers. 278. r in 3. de venat Oppian. pag. III. s lib. 2. cap. 96. t 10. simp. de felle. II. Galen. ad Pisonem. x cap. 8. y tetrab. i. ser. 2. cap. 106. z lib. 7. cap. III. aa lib eupor. cap. 10. quod est de vitiis oculorum bb 6. histor. anim. 46. cc libr. 16. cap 32. dd libr. 6. cap. 14. pag. 206. ee 24 hist. cap. 17. ff libr 4 fen. 6. tract. 4. cap. 9 gg cap. 36. hh sect. 37. cap. 56. ii lib. 13. cap. 6. kk adversus Jovinianum libr. 2. pag. 417. ll de comp.

comp. med. cap. 43. num. 171. & 172. mm lib. 2. 72. Mercero interp. nn lib. 29. cap. 6. & in adag. adag. 20. Gestare hydrop. 604. 00 4. sympos. probl. 2. pp lib. 1. de re rustic. titul. 35. circa finem. qq lib. 2. cap. 9. rr tetrab. 1. ser. 2. cap. 162. ss lib. 28. cap. 8. tt lib. 2. 70. uu 6. hist. an. 22. xx in itin. Turc. lib. 2. cap. 12.

## CAPUT V.

## De Hyæna pisce &amp; serpente.

Cùm Hyæna nomen pisci quoq; tribuatur, & sint qui velint, nonnullos veterum de pisce, non quadrupede locutos esse, ita ut omnia quæ de hyæna quadrudis viribus diximus, pisci adscribenda censeant, de pisce paucis.

Υαινὶς καὶ ὕαινα, piscis est Varino & Hesychio, Athenæo, Æliano, Oppiano, Plinio. Sed duplicis Hyæna piscis mentionem factam invenio: primò enim de belua dicitur, deinde pisce, qui fortè cum οἰκίαινος idem est.

Beluam marinam Oppianus <sup>a</sup> inter ferocia cete enumerans ἀπαίσιον ἄχθος ὑαίνης, infestum pondus Hyæna vocat: & mox <sup>b</sup> terrestres feras, cum marinis comparans, terrestri immaniolem faciens, ait.

χέρσον μὲν ἐπισηχσον ὕαινας  
πολλῶ δ' ἐν ῥαθίος κενερώτερας.

Ee 4

Terrano

*Terram quidem inambulant Hyæna**Multò verò in fluctibus horribiliores.*

Hinc, maximum quidem, voracem & crudelem hunc piscem in mari esse apparet. Hunc suspicor fuisse piscem, cujus mentio fit apud Tobiam <sup>e</sup> ubi habetur, piscem quendam immanem & flumine ad devorandum puerum exiisse, ex quo Angelus cor & fel sumere iussit (ut habet textus Hebræus, quamvis D. Hieronymus & Græcus interpret & jecoris mentionem faciant) quod fel postmodum redux Tobias, patris Tobix oculis admovit, quo felle illustratis illius oculis, decidit ex eis albugo, & visum recepit. Ratio me movet duplex: prima, quia immanis piscis dicitur: dein, quod felle, usus sit ad oculorum affectum. Jam verò, Hyænam piscem immanem belluam esse, ex Oppiano colligimus: sic fellis Hyænx terrestris usus, ad effectus oculorum summoperè commendari, supra ex classicis Medicis ostendimus, & ex D. Hieronymo (qui lib. 2. adversus Jovianum, vel Hyænx oculorum claritatem restituere scripsit) aliisq; colligere est.

Sic & VVottonus <sup>d</sup> inter beluas monstraq; marina retulit. Et Salvianus in tabula sua piscatoria, hyænam horrendam & ferocissimam ex Oppiano & Plinio <sup>e</sup>: in alio pelago degere, ex Oppiano; formidolosa somnia facere, ex Æliano: & an diversus piscis à Sue sit, ex Athenæo proposuit, nec plura addidit.

Quod verò de Hyæna terrestri monuimus,

vim

vim habere stuporem inducendi, eam pisci tribuit Philes *f*:

Πάλλιν καδέδοντ' & δέτ' εἶπε πειθίγοι  
τῆ τῆς θαλαττίας πέρυγι τῆ δεξιᾷ,  
ἀρρήτων ἐυθύς ἐμβαλεῖ τῶ φρίκτω,  
καὶ δέμα πολλῶν, αἰσπνάρχα, φασμάτων.

*h. e.* Bersmanno reddente.

*Quod si marina aliquis, hyena pinnula  
Dextra, sopore tangat oppressum, gravem  
Huic injicit statim rigorem & somnia  
Quæ terreant dira jacentem imagine.*

Et *Ælianus* : si piscis marini primam dextram ad hominem somno obsoptum admoveas, sanè quàm eum ipsum perturbabis : etenim formidolosa secundum quietem spectra & simulacra videbit, acerbaq; insomnia perpetietur.

Meminit *Rondeletius* in Septentrionali ad Scandinacciam Oceano, cetum quendam anno 1537. comparuisse effigie porci, quem *Hyænam* ceraceam nominavit.

De *Hyænz* insuper maritimæ occultatione, dum se capite occultato securam censet, idem quod de terrestri, *Oppianus* <sup>*h*</sup> refert.

*Neq; enim illi curæ est*

*Quod totam aliquod tegumentum,  
Acceptam conservet : caput autē querit solum,  
Munire : caputq; cum occultarit & oculos  
Putat non videntem ( se ) latere violentis im-  
petum.*

Alterius verò piscis nomē quoq; esse, ex *Arhe-*

ναο<sup>i</sup> colligimus & quidem ex Epicharmi, Numenii, & Dionysii sententia. Sic enim Epicharmis in Hebes nuptiis.

ἦν δὲ Υαινίδες, βέγλωσοίτε καὶ κίθαροι ἐνῆς  
*Adfuerunt Hyanides, Sole & Citharus.*

Idem addit & υἱος nominasse: subjungit ex Numenio in Halieutico hunc versum.

Κανθαρίδα προσφωνέισαν υἱαυάντε Τεύλυτε  
*Cantharidem prius visam, Hyenamq; ac Mullum.*

Et Dionysius in Opfartytico, υἱάνας fecit mentionem. Archistratus Opfodædalus, modum præparandi docet ( hinc colligimus piscem hunc alium à belua Hyæna )

ἐν δ' Αἴνω καὶ τῷ πόνῳ τῷ ἦν ἀγόρατε,  
 ἦν καλέσσι τινες θνητῶν φαμμίτιν ἀροκτῷ,  
 τῆτ' ἔ τῷ κεφαλὴν ἔψει, &c.

*In Aeno ac Ponto Hyenam eme*

*Quam mortaliū quidam vocant Arena sus-  
 foforem piscem,*

*Hujus caput elixa, &c.*

(an de hoc, an verò priori Plinius<sup>k</sup> & Hyænam piscem vidi in Aenaria insula captum, caput exerentem.)

Quare Numenius in Halieutico φαμματίδα fortasse τοῖν υἱν, id est, suem vocat, quod terrestris suis more, arenam rostro fodiat.

Jam verò, cum hyæna terrestris Aristoteli<sup>l</sup> etiam γλάν & dicatur, dubitandi ansa Gesnero<sup>m</sup> data, an Hyæna piscis, cum Glanide pisce idem sit. Et Bellonius, qui Glanidem & Silurum piscem, unum existimavit, Hyæna<sup>n</sup> etiam

etiam nomen tribuit. Hermolao verò Barbaro Sciænam piscem, Græci recentiores cherillam interpretantur, hoc est, porcellum, & Hyænam piscem, nonnulli Centrinam putant.

Quod autem Gesnerus ° voluit Sciænam Plinii, idem esse cum Hyæna, certi nihil statui potest, cum à Plinio, licet bis ejus meminerit, non describatur: sed primo loco °, solum ea, quæ ab Aristotele ° de *οὐραία* dicuntur, recenset, utpote existimari ° Sciænam lapidem in capite habere (quod Philosophus asserit, ejusque nomine frigore per hyemem malè affici) altero verò loco ° solo nomine meminerit, & insuper eodem capite etiam Hyænam recenset. Addit præterea, Sciænx & Aristotelem ° & Athenæum ° meminisse, qui & Sciatrida ° dici asserat. Et Oppianus ° *οὐραία* habet. (Sed non arbitror eandem cum ipsius horribili Hyæna) & quidem Hermolao °, quemadmodum & Salviano ° monente, duos pisces nominat. Sciænam ab umbra dictam, & Syænam à sue (cujus, ut vult Salvianus, solus meminit: quid si & Athenæus?) quorum ille, M. Varroni, ° Umbra dicitur. Sic & Gaza apud Aristotelem *οὐραία*, Umbra reddidit: hinc Umbra marina Ennii in Phagasiarum fragmento censetur,

Melanurū, turdum, merulamq<sub>3</sub>, vmbrañq<sub>3</sub> marinā.  
Sed ut concludamus, censemus quod *οὐραία*, Athenæi, *οὐρα* deus à Numero, *οὐρα* dis ab  
Epichar-

Epicharmo, *σπίαινα* Aristoteli, *σπίδης* à Gale-  
no dicatur: & idem esse cum umbra Latino-  
rum Ovidii, <sup>a a</sup> quia viventis fit corporis, M.  
Varronis <sup>z</sup>, Ifidori <sup>bb</sup>, & Romanorum Om-  
brina, quem levem & natatu celerem dixit  
Aufonius <sup>cc</sup>.

*Effugiensq; oculos celeri levis Umbra natatu.*

Sed Hyenam primo loco positam, tanquam  
beluam marinam diversissimam asserimus.

De Sue pisce etiam Scaliger <sup>dd</sup>: ad insulam  
Cimbabon captus piscis est suillo capite, cum  
geminis cornibus: reliquum corpus unico osse  
compactum fuit: in dorso species erat pusilli  
ephippii. Etiam in Mediterraneo alius Suis ca-  
pitate, sed absq; cornibus. Idem. Sus est in Ocea-  
no Æthiopiæ vegetis crassitudine, teres, ob-  
longus, capite, rostro, oculis suillis: longis  
auriculis, cauda bipedali: corio crasso ut sui-  
bus: carne item candida & pinguiissima.

<sup>a</sup> lib. 1. *halieu* vers. 372. & ex eo Vottonus de anim. l.  
8. c. 185. <sup>b</sup> 5. *halie* vers. 31. <sup>c</sup> cap. 6. & II. <sup>d</sup> lib. 8. c. 196.  
<sup>e</sup> lib. 32. cap. 11. <sup>f</sup> in *Iambis* p. 100. <sup>g</sup> lib. 13. an cap. 27. <sup>h</sup> 4.  
*halicut*. vers. 620. <sup>i</sup> lib. 7. cap. 38. & 40. <sup>k</sup> lib. 32. cap. 11.  
18. *hist.* 5. <sup>m</sup> lib. de aquat. de hyena. <sup>n</sup> in *Plin.* lib. 32. c. 9.  
& II. <sup>o</sup> in *enumer. aquat.* ex *Plin.* p. 56. p. 8. *hist.* 19. 99 *hist.*  
16. <sup>r</sup> 32. *hist.* 11. <sup>s</sup> lib. 7. cap. 25 & 35. <sup>v</sup> 1. *halieu*. vers. 132.  
<sup>x</sup> in *Plin.* lib. 32. cap. 11. <sup>y</sup> lib. aquat. *hist.* 31. <sup>z</sup> lib. 4. de *ling.*  
*Lat* <sup>aa</sup> in *frag pisc.* <sup>bb</sup> lib. 12. cap. 6. <sup>cc</sup> *eydilio* 9. de *Mo-*  
*sella*. <sup>dd</sup> *exerc.* 226. num. 1. & 5.

### De Hyena serpente.

**H**Yenam serpentem, Horapollinem in hie-  
roglyphicis Ægyptiorū proposuisse, Bro-  
dæus

dæus<sup>a</sup> & Gesnerus<sup>b</sup> volunt, & ea quæ de sexus mutatione ipsi quadrupedi tribuuntur, huic serpenti, quemadmodum & Ælianum<sup>c</sup>, adscripsisse: hoc cur statuerint, causam non invenio, nisi fortè hoc ipsos moveat, quòd Ælianus capite proximè præcedente de Vipera egerit. His haud dubiè seducti Siracidis interpretum aliqui, versiculum 22. capitis 13. Ecclesiastici, τὴς εἰρημῆς ὑαίνης πρὸς κύνια, quæ pax hyænæ cum cane; ipsi hyænæ vocem per serpentis vocabulum reddentes, dixêre, quæ pax serpenti cum cane. Quibus verbis Siracides nos admonet, ad quærendos similes, cum quibus amicitiam jungamus: & ad fugiendum istas λυκοφιλίας & ὑαινοφιλίας, ut eleganter Camerarius<sup>d</sup> notavit.

Sed cum Gesnero<sup>b</sup> totam hanc Hyænæ historiam sic concludo: incertum esse, num tale quoddam serpentis genus sit, nec etiam verisimile talem sexus mutationem in eo deprehendi posse.

<sup>a</sup> in 3. venat. <sup>b</sup> lib. de serpent. cap. de hyana. c lib. 1. hist. an. 25. <sup>d</sup> in Siracid. p 34.

## CAPUT VI.

### De Trocho & Rota Piscibus.

**T**Rochus, qui Græcis τροχός, & fortasse quasi cursor Græcis dictus, à cursus perniciosi cele-

ciceleritate, non vero quasi rota, Dalechampio <sup>a</sup> movente: hunc duplici genitali maris & fœminæ esse, Herodotus Heracleota voluit quare Aristoteles <sup>b</sup>, hunc stultè magnèque errore scripsisse, Trochum duplex genitale tam maris quam fœminæ habere, & seipsum inire, asserit. Et Plinius <sup>c</sup>, de vulvis piscium agens, qui Trochos appellatur, à Græcis, ipse se inire traditur: his Hermolaus <sup>d</sup> & Massarias <sup>e</sup> addidere ea, quæ ex Aristotele adduximus: & Salvinus in tabulis piscatoris, ipse se inire creditur, nec plura habet. At Hermolaus alibi <sup>f</sup> aliud est Androgynos, aliud Arsenothelys: primum omnes intelligunt, secundo utitur Aristoteles, animalia hæc intelligens, quæ ipsa se ineunt, ut inter pisces Trochus: ob dicto nomine, hæc diversis ingeniis accommodari possunt.

Erasmus, citante Werdmüllero <sup>g</sup>, Trochos piscis ipse se inire, & ex sese concipit: ita quidam ingenii felicitate ipsi literarum semina infundunt sibi, quos *αυτοδιδακτοι* Græci vocant. Meminit & Gilbertus Cognatus <sup>h</sup>, in adagio, novi homines, hos intelligens, qui nulla majorum commentatione aut imaginibus clari, sed rebus suis præclare gestis, atque industria nobilitati: hi enim, ut Trochus piscis ipse se inire dicitur & concipere: sic primi sunt generis, nominis, honoris, authores suis posteris. At Dalechampius suis in Plinium notis, de cinædis hoc exponit, qui mutuo consequuntur *καὶ ἑγὼν* ut Suidas:

καὶ ἀπυγὴν ut Athæneus & alii : quos, addo, igne flammisq; expiandos.

Quod verò Bellonius scribit Taxum, qui veteribus & Aristoteli Trochus dictus sit, plurimos Hyænam esse putare : non placet hæc Bellonii sententia, qua tria animalia confundit, cum Aristoteles expressè Trochum & Hyænam distinguat, & Taxus animal notum sit. Nec Scapula placet, dicens, τροχὸς nominari pisces quosdam, qui Latinis Rotæ : cum Rota Latinorum, à Trocho Græcorum cum Plinio, distinguere oporteat.

De Trochis, à similitudine instrumenti trochi, appellatis, qui ex concharum genere sunt, de quibus Cardanus inter piscium differentias agit, hîc nil attinet dicere.

### DE ROTA.

**R**ota marina, belua est insignis, ut ex Plinio colligo, qui de aquatilibus agens, scribit in Gaditano Oceano apparent & Rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. Et ubi animalium in mare viventium centum septuaginta sex genera enumerat, inter beluas Rotam recenset: quare Calep. est & Rota, piscis sive beluæ marinæ genus, à rotæ, quæ in curru volvitur, similitudine. Et Cardanus: referunt & Rotas in mari Indico inveniri, radiis 4. hac naves, ut infestum omen evitant. Salv. in tabulis piscatorijs Rotæ memi-

meminit ex Plinio sic vocari, quod quaternis distincta sit radiis, licet P. Gill. cap. 5. secus: addens ex Æliano, sic vocatum ob reversiones, quas facit. Idem<sup>c</sup> de Mola pisce agens, adductis iis quæ Plinius de Rota habet, & quæ Ælianus de Trocho, idem censens, Molam non esse ostendit. Æliani<sup>p</sup> autem de Cetis pertractans hæc sunt: inter hujusmodi beluas numerantur, quibus τροχῶν (Rotæ) nomen: hæc gregatim natant, maximè prope Athon Thraciæ montem ad dextram, in finibus, è regione Sigei Troadis promontorii & juxta dictum Artacæi tumulum, & Acanthæum Isthmum ubi & Xerxis scissura illa, qua montem Athon abscidit, spectatur. Eas quidem, quas τροχῶν vocant fortes esse negant: cervices verò earum apparet spinis ad eò longis hirsutæ, ut hæc extra mare emineant: audito verò remigrationis strepitu, circumversantur & circumvolvuntur, ut quàm altissimè sese in profundum detrudant: rursusque ex imo gurgite ad summum sese efferentes, reversiones in orbem faciunt, vnde nomen traxerunt: hæc tenus Ælianus. Verùm an hic Trochus idem sit cum Trocho Plinii, an cum ejusdem Rota, quam à Trocho diversam facio, dubius adhuc hæreo: plura enim de utroque non reperi, & quia utrumque; sexum Trochus habere dicitur, de eo agendum fuit.

<sup>a</sup> in lib. 9. Plin. cap. 6. <sup>b</sup> 7. gen. anim. 6. <sup>c</sup> 9. hist. cap. 52.  
<sup>d</sup> in Plin. 9. hist. 6. 12. <sup>e</sup> in Plin. 9. hist. cap. 52. <sup>f</sup> in Plin. 7. hist.

h<sup>ist.</sup> cap. 3 g de simil. ab anim. lib. 4. pag. 280. h<sup>adag.</sup> cent. 4. adag. 397. i<sup>lib.</sup> 2. observ. cap. 20. k<sup>lib.</sup> 7. de rerum varie. cap. 37 pag. 412. l<sup>lib.</sup> 9. cap. 4. m<sup>lib.</sup> 32. cap. 11. n<sup>lib.</sup> 7. de rerum var. cap. 38 pag. 480. o<sup>cap.</sup> 52. P<sup>lib.</sup> 13. cap. 20.

## C A P. VII.

*Hyenam non esse animal fabulosum nec  
Lycanthropon, nec Civettam, nec  
Crocutam.*

**H**YÆNÆ quadrupedis historia, tam ex veterum quam recentiorum sententia fusè proposita, nunc paucis iis, qui vel fabulosum, vel Lycanthropon, vel civettam, vel crocutam esse censuerunt, respondendum.

Marcellus Virgilius<sup>e</sup> suis in Dioscoridè notis, Hyæna portentosum ne magis an fabulosum animal sit, se nescire scribit.

Mirum fanè: cum, ut ex allata Hyænæ historia colligere est, animal hoc non solum ab Aristotele, Æliano, Plinio, (taceo quoq; poëtas Græcos, Oppianum & Philem: taceo patres Alexandrinum, Chrysostomum, Hieronym. Tertullianum<sup>e</sup>) descriptum fuerit: verum etiam ab antiquissimis & probatissimis Medicis tam Græcis Dioscoride, Galeno, Aëcio: quàm Arabibus, Rhasi & Avicenna: & Latinis Marcello Empirico & aliis, qui hujus animalis partes in usum medicum retulêre.

Imò, quod majus, cum ipsum animal sæpius fuerit conspectum. Aristoteles enim <sup>e</sup> locis nonnullis, inquit, penuria hujus conspecta non est: Idemque <sup>d</sup> undecim captas, inter quas una fœmina fuerit, testatur: Plinio verò <sup>e</sup> plurimæ in Africa gignuntur. Sic Dion historicus, in vita Adriani Imperatoris, de nova Hierosolymæ everfione agens, inquit: lupi, atq; hyænæ passim per urbes incedentes ululabant: quod referente Camerario <sup>f</sup>, post natum Christum an. 138. post everfam Hierosolymam à Tito anno 63. contigit. Et Julius Capitolinus, in vita Gratiani tertii, decem Romæ fuisse conspectos asserit: satis frequentes in Turcia prope Ancyræ esse, & duos Constantinopoli fuisse, Busbequius refert <sup>g</sup>, adde quod & carnis usus fuerit in cibus, quod ex Clemente Alexandrino <sup>h</sup> liquet, qui ipsius hyænæ & leporis esum apud Hebræos prohibitum fuisse scribit, ut plenius supra ostendimus: & in medicamentis Plinius commendavit.

Sed forsitan objiciet quis, Hyænæ vocem apud Moysen, quem Clemens Alexandrinus citat, non reperiri? Alium ergo locum ex Jeremia propheta adducamus, unà cum elegati Beati Chrysofomi explicatione <sup>i</sup> in hæc verba S. Marci: vos fecistis eam speluncam latronum. Quod hic dicitur, inquit, Chrysofomus, vos autem fecistis eam speluncam latronum, hoc est, domum meam: in Hieremia <sup>k</sup> dicitur, spelunca hyænæ. Debemus nosse naturam anima-

lis istius: ex natura enim bestię scire poterimus quare vocaverit domum quandā Deis speluncam hyænæ. Hyæna nunquā videtur in die, sed semper in nocte b. nunquam videtur in luce sed semper in tenebris. Et hanc naturam habet, ut effodiat corpora mortuorū, & ipsa edat. Denique, si qui negligenter sepeliverit mortuū, effodit nocte, & tollit corpus, & comedit: ubicunq; sepulchra sunt, ubicunq; ossa mortuorū sunt, ibi cubile hyænæ est, & hanc naturā habet, maximè canib. delectatur, & ipsos rapit & devorat. Videte quid dicat: diligēter n. advertite: Hyæna bestia sanguinea, bestia quæ corporib. delectat, bestia, q̄ semper in nocte, nunquā in die est nō delectat nisi cadaverib. mortuorū & canibus eos vult occidere, qui servant domum Hyæna & hanc dicitur habere naturam, quia spinam unicā habet, quæ flecti non possit: deniq; si vertere se voluerit, tota cōvertitur: non potest se flectere sicuti cetera animalia. Videtis ergo, quia ista, quæ semper in nocte, semper in tenebris est, nunquā convertitur. Hoc autem dicitur de sacerdotibus Judæorū, qui semper delectātur cadaverib. mortuorū, eorum, quos induxerint: & non sufficit eis, quoniam ipsi nō sunt in luce, sed eos, qui in luce latent, conātur occidere: unā spinam habent, non convertuntur: non n. agunt pœnitentiā: quoniā occupati sunt in cadaveribus mortuorū: hæc Chrysost.

Sed forte quis objiciat, in textu non occurrere vocem hyænæ: ad quod respōdemus secū-

dum LXX, ut habetur in concordantiis Bibli-  
cis, legitur, numquid *σπήλαιον τῆς υἰάνης*, spe-  
lunca Hyænæ, hereditas mea mihi. Arias Mon-  
tanus, *μὴ σπήλαιον λησῶν οὐκός μιν*, numquid  
spelunca effraكتورum fuit domus hæc, qua in-  
vocatam est nomen meum: & Tremellius, an  
spelunca effraكتورum (latronum Sanctus Pa-  
gninus reddit) fuerit domus hæc in oculis ve-  
stris, quæ vocatur de nomine meo?

Verum & Jesu Syracidæ <sup>l</sup> notum fuit ani-  
mal; inquit n. *τῆς εἰρῶνῆς υἰάνα πρὸς κύνια, καὶ τῆς  
εἰρῶνῆς πλοσῖα πρὸς πένητα*. Ubi vocabulum  
*υἰάνα*, diversimode ab interpretibus redditur,  
ab aliis per Hyænā, alii per Hyænā serpen-  
tem, alii loco *υἰάνα*, habent serpentis vocem:  
alii denique ut Pagninus, & vetustissima ver-  
sio, pro hyænā, sanctum hominem ponunt: Sic  
enim interpretantur. Quæ communicatio  
sancto homini ad canem, aut quæ pars bona  
diviti ad pauperem? Probatum versio nova,  
sive Vatabli sit, sive alterius, reddentis: qui cō-  
sensus est inter Hyænā & canem, is est inter  
divitem & pauperem: sic & Tremellius, Hyæ-  
nā simpliciter vertit. Quid vero sibi hac si-  
militudine velit Syracides, ex dictis superius,  
& verbis Beati Chrysostomi, facillè est collige-  
re; cum notum sit, quæ hyænæ erga canem sit  
natura. Et sic Marcelli Virgillii opinionem  
refutavimus. Nunc quid Bodinus velit, subji-  
ciamus.

Bodinus in suo theatro <sup>m</sup> affirmat, Hyænā  
nil

nil aliud esse quam Lycanthropon, de quo in sua Dæmonomania: ubi afruit, Lycanthropon nil aliud esse, quam hominem à diabolo in lupum transmutatum, qui tamen hominis formam reassumat: & hos Græcos *λυκανθρώπους* & *μορμολυκίας* vocare, Latinos verò, varios & versipelles, ut Plinius de hac transmutatione agens, annotarit. Et Plautus de Jove mutato in Amphit.

*Ita versipellem se facit quando lubet.*

Etsi Poëtæ fabulentur, & deos & homines, in varias animalium formas transmutari: Deos quidem in Ægypto. Sic enim Ovidius °

*Duxq; gregis dixit, sit Juppiter unde recurvis  
Nunc quoque formatus Libiis est cum cornibus*  
(Hammon.

Et 6. metamorphosiō, Jovis, Neptuni, Apollinis & Bachi varias transmutationes recenset. Homines verò, non solum in varia animalia, sed etiã in res diversas & inanimatas transformari. Naso quamplurimis fabulis ostendit. Quæ sanè licet fabulosa sint, at si allegorica addatur interpretatio, quæ sub ridiculo, aliquando & turpi fabularum involucro latitat, non solum jucunda, sed & utilia sunt, ut ex Fulgentii Episcopi Carthaginensis, & Natalis Comitissæ mythologiarum libris, & Sabini fabularum Ovidii interpretationibus discere possumus. Hoc tamen loco solum de transmutatione hominis in lupum, non de allegorica, sermo erit,

occasione sumptâ ab Hyæna, quam Bodinus  
Lycanthropon esse voluit.

Verum, quemadmodum Ephialten sive In-  
cubum, duplicem fecimus, alium affectum  
morbosum, alium dæmoniacum: Sic quoque  
Lycanthropo duplicem dicimus, alium quem  
medici *λυκανθρωπίαν* vocant, quo in malo ho-  
mines lupinam naturam, ut Aëtius<sup>p</sup> loqui-  
tur, induunt: alium in quo homines magicis  
artibus utentes, vel secūdam aliquos, in lupos  
revera transmutantur, vel secundum alios, id  
solum persuadent.

<sup>a</sup> lib. 2. cap. 69. <sup>b</sup> lib. 2. ad Jovin. pag. 4 17. c. 3. gen. an 6.  
<sup>d</sup> 6. hist. an. 32. <sup>e</sup> 8. hist. nat. 30. <sup>f</sup> in op. suc. cap. 42. <sup>g</sup> epist. 1.  
leg. Turc. h l. 2. παιδαγωγ. cap. 10. <sup>i</sup> tom. 2. hom. 13. in S.  
Marcum <sup>k</sup> cap. 7. vers. 11. <sup>l</sup> cap. 13. ver. 22. <sup>m</sup> lib. 3. pag. 348.  
<sup>n</sup> lib. 2. cap. 6. <sup>o</sup> 5. metamorph. p 1. metab. 16.

## C A P. IX.

De Lycanthropia ex Medicorum sen-  
tentia.

QUI *λυκάονες* & *λυκανθρωποι*, à lupis, quos  
Græci *λύκεις* vocant, nominantur<sup>a</sup>, hi à  
Peucero<sup>b</sup> censentur è genere *Ἰῶν Θεοπεθαλο-*  
*κῶν*, vel *Ἰῶν ἐκβαλκῶν*, qui credunt se verti in lu-  
pos & luporum specie pererratis campis, graf-  
sari in greges pecorum & armenta obvia que-

vis